

sedem Bracara et abimus ipsam hereditatem de patre nostro Adefonsum. Hoc tantum damus que in ea est et ad usum hominum prestat per suos terminos ubique eam inuenire poteritis. Hoc quippe concedimus ipsi loco sancto superius dicto et tibi Mauricio archiepiscopo cum cunctis terminis suis ut habeant inde serui Dei semper stipendium et nos ante Deum remunerationem et remissionem de peccatis nostris. Neminem quidem permittimus qui ibidem uobis aliquam disturbance[m] nec inmodico faciat, quod si quis presumptuosus fuerit et aliquid ex ea auferre uoluerit quisquis ille fuerit maneat ab omni cetu catholicorum extraneus et cum Iuda Domini proditore pariles penas ludat in eterna dampnatione et ad ipsum locum sanctum pariat quantum inde abstulerit in quadruplum et insuper auri talenta una et hoc factum nostrum firmitatis roborem habeat in secula seculorum sicut scriptum est in libro iudicum V^o, titulo I^o, sententia tertia «donationibus ecclesie datis siue famularum meritis». Factum et confirmatum est hoc testamentum V^o Idus Nouembris Era M. ^a C. ^a X^o. ^a VIII. ^a Infans domna Tharasia hoc testamentum manibus nostris roboramus.

24

IIII, MAIO, 9 — Carta de foral outorgada aos moradores de Sátão.

T T. — Forais Antigos, m. VIII, n.º 9, or. conf. Afonso II (*)

In Christi nomine. Ego comite Henricus una cum consensu coniugia mea Tharasia (*) magni regis Alfonsi Toletane inperatoris filia placuit nobis ut faceremus uobis omnes de Zalatane qui habitatis intus et foris in uillas et in populationes de Zalatane ut demus uobis forum bonum pro capud et honore quo fecistis super nos primo et collegistis nos in uestra casa proinde ponimus uobis foro per ubi andetis et non exeatis de illo nec uos nec semini uestro qui laborauerit cum uno boue donet uno modio et cum iugo duos modios et sedeat de istos modios tertia de tritaco et duas partes de secunda et sedeat per illa medita qui antea habuistis quando ibi populastis et de uino sexta et de lino sexta et de fauus sexta. Et qui fuerit caballario et migrauerit et mulier aut filios de illo remanserint ut sedeat sua hereditate et sua casa honorata ad foro de caballario, et si illi caballum migrauerit usque in tres annos. Et si pedone migrauerit sic uiro quomodo mulier qui hereditatem habuerit ut laxet illam ad sua posteritas aut uendat aut donet aut faciat de illa sua uoluntate. Et si calumpnia feceritis ut ueniant III^o aut V^o de illos bonos homines qui leuatos fuerint de concilio et iudicent illam cum uestro iudice et quanto iudicauerint sedeat stabile. Et de montatico de morada donet unum conelium

(*) É autógrafa de Lourenço Martins, notário da cúria régia. Algumas partes rotas do perg. reconstituíram-se, em itálico, pelo Reg. Af. II.

(*) Entrelinhado.

et de peias II^o lombos. Hec mandamus et auctorizamus et si nos aut semini nostro hunc nostrum factum inrumpere uoluerit quisquis ille fuerit qui talia comiserit sedeat excommunicatus et baratro. Facta cartula notum die septimo Idus Maii Era M. ^a C. ^a X^o. ^a VIII. ^a. Ego comite Henrico hanc cartulam iussi fieri et manu mea roborauit. Ego Tharasia conf., Menendus Venegas continens Sancta ✕. In sede Colinbrie episcopus Gundisaluu. Egas Gosendiz continens Baiam conf., Egas Moniz continens Sancti Martini conf. Pro testibus, Petrus ts., Gomiz Nuniz continens Sancti Christophani conf., Pelagius ts., Menendus Moniz continens Pennafiel conf., Gondisaluu ts., Pelagius Suarii continens Amaia conf., Fernandus Fernandiz continens Lamego conf. Petrus Episcopus comiti notarius ecclesie Vimaranesis canonicus notuit. (*)

Et ego infante Alfonsus filio domni Anrici adicio in hanc cartulam qui homine qui laborauerit cum uno boue det uno modio et cum duos boues duos modios et deinde quantos boues miserit non donet plus nisi de I^o boue aut de duos qui habet uno boue semper det I^o modio. Et adicimus adhuc in istam cartam ut non demus uobis seniore[m] nisi quale uos laudaueritis et iudice aut sagione de uestra uilla et de uestra gente. Ego infante Alfonsus ad uos homines de Zalata[m] isto foro que meo pater et mea mater ad uos dederunt in ipso state et ego mando et autorgo et qui de illo uos sacauerit sit (*) maledictus et confusus amen.

Ego Alfonsus II^o Dei gratia Portugalensis rex una cum uxore mea regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor illam cartam et illud forum quod bisaus meus comes domnus Henricus fecit uobis hominibus de Zalata[m] concedo et confirmo uobis per hoc scriptum. Et ut hec mea concessio et mea confirmacio maius robur optineant precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri que fuit facta apud Santaren ultima die Januarii in Era M. ^a CC. ^a L. ^a VI. ^a. Nos supra nominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + + +. Qui affuerunt:

Domnus Martinus Iohannis signifer domni regis conf., Domnus Petrus Iohannis maiordomus curie conf., Domnus Laurencius Suarii conf., Domnus Gil Valazquiz conf., Domnus Iohannes Fernandiz conf., Domnus Gomecius Suarii conf., Domnus Fernandus Fernandi conf., Domnus Rodericus Menendi conf., Domnus Poncius Alfonsi conf., Domnus Lopus Alfonsi conf., Vincencius Menendi, Martinus Petri, Petrus Petri, testes.

Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf., Domnus Martinus Portugalensis episcopus conf., Domnus Petrus Colinbriensis episcopus conf., Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf., Domnus Suarius Elborensis episcopus conf., Domnus Pelagius Lamecencis episcopus conf., Domnus Bartolameus Visensis episcopus conf., Domnus Martinus Egitanensis episcopus conf., Magister Pelagius cantor Portugalensis, Petrus, Garsie, Joanninus testes.

Gunsaluu Menendi cancellarius curie — Laurencius Martini scripsit (*).

(*) Os nomes das testemunhas, ao contrário do que se verifica nos orig. do notário Pedro Bispo, estão nesta confirmação intercalados nos dos confirmantes, certamente por defeito de cópia. Ao notário do Conde D. Henrique, aí deslocado no meio do aditamento do infante D. Afonso, demos aqui o lugar próprio.

(*) Entrelinhado.

(*) O perg. apresenta na extremidade inferior a dobra, furação e fita do sêlo de chumbo.